

inexemplificabilem maiestatem exprimant trinitatis: sicut alibi ipse ap[osto]lus dicit. Q[ua]m d[omi]n[us] d[omi]n[us] dixit de tenebris lumen splendescere. inluxit in cordib[us] n[ost]ris: ad inluminacionē scientiē claritatis d[omi]ni. in facie xp̄i ih̄u. Nempe hanc claritatē uider[unt] ap[osto]li. cum d[omi]n[us] ih̄c diuinitatis sue luce in monte fulgeret. Uider[unt] inquit <sup>quā</sup> ap[osto]li. & in facie p[ro]cider[unt]; Putasne illos uel cum p[ro]ciderint adorasse: cum fulgorem diuini luminis corpora libus oculis sustinere non possent. & splendor lucis a[et]erne. aciem uisus mortalis obduceret; aut quid aliud tunc temporis dixer[unt] illi. uidentes gloriam eius? Nisi uenite adoremus & p[ro]cidamus ante eū.

**I**nluxit enim d[omi]n[us] in cordib[us] n[ost]ris: ad inluminacionē scientiē claritatis d[omi]ni. in facie xp̄i ih̄u; Quis ē ergo qui inluxit ut cognoscamus d[omi]n[um] in facie xp̄i ih̄u?

**D**ixit enim inluxit d[omi]n[us] ut cognoscatur claritas d[omi]ni in facie xp̄i ih̄u; Quem putamus alium. p[ro]ter sp̄m declaratum? Aut quis ē alius p[ro]ter sp̄m sc̄m. cui diuinitatis potentia deferatur? Qui enim sp̄m excludunt. necesse ē inducant alium qui cum patre & filio. gloriam diuinitatis accipiat; Eadem igitur